

357
9^{no} De Henrico Bavarorum Duce, qui
in Epistola Benedicti nominatur nepos
ottonis: Ottoni gloriosissimo Imperatori
Augusto, atque Nepoti suo Henrico
Præcellentissimo Duci Bavarorum. //

His præmissis

Ex ipsa Epistola Benedicti ad Germanie
Principes data, sole clarius demonstra-
tus, Epistolam Benedicti scriptam esse
sub Ottone II, atque hinc non esse
Epistolam Benedicti VI. sed VII. mani-
feste conficitur.

quod autem Epistola hæc data sit ad Otto-
nem II, verba Epistola sequentia docent:
"atque dum invictissimus Augustus, et Pater
"Patris, Genitor quippe Imperatoris
"nostri, quem adhuc superesse et diu domina-
"ri mundus exoptat, bellico trophæo eorum
(Ungarorum) vires retulit. — —

In hoc textu hæc notanda sunt: 1^o quod
scripta sit Epistola ad filium actu Impera-
toris, cujus genitor, vires Ungarorum attrivit-
jam vero, quis nescit ab Ottone I. suo Magno
vires ad Augustam Vindaliorum abstraxit, ergo
genitor, filij, ad quem scribit Benedictus, fuit
otto I. sed filius ottonis erat otto II ergo
scripsit ad ottonem II. quod est in negabile.

Ex hoc conficitur Benedictum VII et non VI
scripsisse Epistolam hanc. Et: et: dem quia
ad Benedictum VI. data, Piliogrii litteras, et ab eodem
Benedicto VI. rescriptam, qui eandem litteras mensibus suis Papa
et eorum tam litteras Piliogrii, quam Benedicti
ujuscunque et fuerint, nihil faciunt contra
tententiam, qui Toxum vixisse scribunt usque
ad Annum 982. nam juxta Anonymum eadem
est, et Thamis litteram fuisse exercitum Religionis
et Toxum, nequaquam crudeliter fuisse, et:

lege Textum cap. ultimi: Toxum vero dux (ad
anno 958 usque 982) cum omnibus Prælatibus
Ungaris potentat, et pacifice per omnes dies vite
sue obtinuit omnia jura Regni. Et audita Pietate
ipsius multi hospites confluebant ex diversis
nationibus (in Ungariam) et etc.

J. ⊕

de Litteris.

1. Piligrimi ad Benedictum Papam.
2^{do} Benedicti ad Piligrinum —
Quaestiones

- 1^a Ad quem Benedictum scripsit Piligrinus
an ad VI vel VII?
2^{do} A quo Benedicto an à VI vel VII
rescriptum est Piligrino?

Respondetur ad utramque quaestionem
Piligrinum scripsisse ad Benedictum VII
et responsum accepisse à Benedicto VII.
vel etiam, Piligrinum scripsisse quidem
ad Benedictum VI, sed responsum accepisse
non à VI. sed à Benedicto VII.

Ad hanc quaestionem solvendam, Verimi Chrono,
logici figendi sunt.

SI

certum est Piligrinum fuisse Episcopum Laureacensem
jam Anno 971. mortuus Anno 991.

2^{do}: Otto I Imperator, à quo Ungari ultima
clade ad Augustam Vindelicorum A^o 955
afflicti sunt, mortuus est A^o 973 nonis
Maij.

3^{do}: Otto II Imperator ab A^o 973 ad annum
983 quo Rome VII Idus Decembris obiit.

4^{to} Benedictus VI. Papa factus A^o 973, et A^o
974 mortuus, sedit tantum menses 3.
et aliquot dies. ita Brietius ad Ann.
xti 974. Aine in fine Anni 973 crea-
tus Pontifex et in initio Anni 974
mortuus.

5^{to} Huic successit pseudo Papa Bonifacius VII, qui
usurpavit sedem anno uno et mense uno
ergo in principio anni 975 decessit.

6^{to} Benedictus VII in principio Anni 975
creatus Pontifex, mortuus A^o 984
Idibus Julij.

7^{mo} Hrodobertus hinc Robertus Archiepiscopus Moguntin-
nus. mortuus pontifex 13 Jan. 975. item Falte-
nius à Pagius A^o 977
8^{vo} de deacone colonien. aequè dubij annus mortis

J.

Alqui Benedictus VI ut vidimus, non fuit Pontifex nisi Mensibus tribus et aliquot diebus, igitur maxime probabile est, Viros hos probos à Pili, grino cum liberis ad Benedictum VI missos, non nisi post mortem Pontificis Romam pervenisse; hinc quoque consequitur, quod Benedictus VI nullo modo responsorias illas libras ad Piligrinum dare potuit, quæ huic Benedicto VI. à quibusdam autoribus admodum imperite tribuuntur.

Quod si itaque etiam consideretur (quod tamen nullo modo probari potest) quod Piligrinus Viros illos ad Benedictum VI Romam misit cum liberis, certum tamen est, responsorias libras Benedicti Pape, non à Benedicto VI Sed à VII dadas esse debuisse; nam mortuus responderi non potest.

Est autem Benedictus VII in Pontificem electus in principio Anni 975. (post Pseudopapam Bonifacium VII, qui post mortem Benedicti VI Sedem usurpauerat uno anno, et mense uno) mortuusque est Anno 984 idibus Julij.

Certum quoque est, libras Benedicti VII non ad Obonem I. Sed ad Obonem II filium dadas, ut patet ex ipsis libris, in quibus hæc habentur Verba:

„ usque dum invictissimus Augustus et Pater Patriæ, Genitor quoque „ „ Imperatoris nostri, quem adhuc superesse, et diu dominari mundus „ „ exoptat, bellico trophæo eorum (hæc est Ungarorum) vires recludit. „ „ Scripta ergo est Epistola ad filium adu imprantem, cujus Genitor, vires „ „ Ungarorum attrivit, quis verò nepos ad Obone I. Magni Vires Ungarorum „ „ ad Augustam Vindelicorum abbas fuisse, ergo filius ad quem scribit Be- „ „ nedictus, fuit Obonis I. filius, sed is erat Obo II. „ „ ergo.

ceterum tria illa historica & quas rerum impendi movent, uno flatu, diffidentur ex Anonymo Bele Regis Notario, hi cum eo sustineamus, quod tempore Toxun, et eo vivente res Christiana in Ungaria jam floere inciperet;

„ „ est enim Anonymus Cap. LVII. Toxun vero Dux (quem ceteris argumen- „ „ tis mortuum flatui hō 982) cum omnibus Primatibus Ungaria potentia „ „ et pacifice per omnes vites sue obtinuit omnia jura Regni, et audita „ „ Pietate (Ab Pietate) ipsius, multi hospites confluebant (jam Christiani) „ „ ex diversis nationibus &c: in Ungariam; &c: quod autem multi Christiani „ „ ni jam tempore Toxun in Ungariam venerint, patet ex ipso hoc Capite, „ „ et ex alijs domesticis autoribus.

„ „ cetera, que alij (ad qui mortem Toxun ponunt hō 972) Geysse tribuunt ab hō 972 ad Annum 982. rectius ad Toxun Duxem referenda docet Anonymus Bele Regis Notarius, quidquid alij contradicant minus chronologi, et Fabala „ „ tores.

Annus regnantis.



J.
Quaestio Historica

An probabile sit celebras illas litteras Piligrini Gijj Laureacensis ad Pontificem Benedictum missas, datas fuisse ad Benedictum VI. et ab eodem responsorias accepisse, an vero potius maxime probabile sit, et fere certum, litteras Piligrini ad Benedictum VII. datas, et ab eodem responsorias accepisse.

Ad quaestionem hanc brevissime resolvendam necessarium est .x. Historia Ecclesiastica nosse, quo anno Benedictus VI. creatus sit Papa, et quanto tempore in Pontificatu vixerit?
Ex historia cel. Drieti habetur: Benedictum VI. factum esse Papam A^o 973. et mortuum A^o 974, sedisse tantum Menses tres, et diebus aliquot. ergo Benedictus VI. creatus Pontifex in fine Anni 973, et mortuus in Principio Anni 974.

Sciendum autem, quod illo saeculo res Tabellariorum, seu litterarum per Regna Francorum, nondum eo modo in usu fuerit, ut hodie, quas Postas vocamus, qui ~~diu~~ ^{diu} nocturne eques, diu nocturne, post debi-
celerrime litteras perferunt. Saeculo ergo illo deinceps, res Romane in longinquis Regionibus non nisi tarde perferbantur. Sanctus igitur Piligrinus, qui Laureaci residebat in loco plus quam centum
milionibus Germaniis a ~~Roma~~ ^{Roma} distans, electionem Benedicti VI. in Papam non nisi post unum mensem (si celerrime Tabellarius ^{inhibens} proferebatur) reficere potuit; maxime tamen incredibile est, Piligrinum, viros illos duos probos, quos cum litteris Romam misit, non illico, ut electionem Benedicti VI. audiret, expedivisse, opponebat, et enim nulla ante
preparare, et disporre, donec et hos viros eligeret, ~~litteras~~ ^{litteras}, donec hi viri se ad iter tam longinquum prepararent et: maxime tempore
hyemali (nam si cito electionem reficere, id ante mensem Decembrem, aut
Januarium factum non est); ponamus autem, quod post duos menses ab electione Pontificis Benedicti VI. Viri hi a Piligrino cum litteris
Romam missi, ibi ingressi sint; et ponamus, quod maxima, qua poterant
celerrime profecti sint, atamen, ex tanta distantia, quae intercedit inter
Laureacum, et Romam, et maxime tempore hyemis (nam mense Januario, aut
februario, quibus huiusmodi iter, et ob diorum brevitate, et viarum difficultatem
lucum minus est) esse minimum mensem unum impedire debebat; quare
Romam non nisi post tres menses ab electione Pontificis pervenire poterant